

tam habuit Prusiam summo & absoluto Imperio, primum à Patre, deinde ab ipso, Regiis præterea insignibus aucto & ornato regendam. Ego sane Civium omnium humillimus atque subjectissimus ad solium Regium adrepere, atque votis reliquis & eruditissimis gratulationum formulis non alio animo interstrepere audeo, quam ut devotum animum ostendam atq; proferam, quem in *Dominum Nostrum Longe Clementissimum Statoremque Musarum Maximum* multo pietatis zelo flagrantem habeo; & ut publice profitear, me tantas ac tam divinas prope laudes ne cogitando quidem assequi aut pensitare posse. Perstringitur certe in ipso dicendi limine, Majestatis ipsius luce caligans oculorum meorum acies, nec voto par facundia, & orationis minor quam vellem ambitus, gratulatio suppetit. Animum tamen erigit laudanda fortassis in me pietas & magnitudo argumenti spem facit, Excellentissimos hujus Academiae Proceres benignis auribus & favore suo prosecutu-

1703

B

cutu-